HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 83r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Quia ephraim non uult legis iugum recipere. ego transibo et ascendam
sup. pulchritudinem colli eius. ut discat contentiosa uacca atq; laseriuens
laborare qd non uult. Iudas autem arauit sponte sua quia habet templum
et moratur in lege. ut uere certatim. xii. tribus arua p̃parent ad
serendum Qdq; sequ: iurta eos dicit lex. sup ponam ephraim et reuocabo
iudam. roborabitur sibi iacob. hic esse sensus potest. Ephraim qui conten
tiosus et non uult legis onera portare. imponam captiuitatem. iu
dam autem parump relinquam. et nihil loquar ad eum. Quicumq; autem
de ephraim quam de iuda mea p̃cepta seruauerit roborabitur sibi
et uocabitur iacob. Secm̃ anagogen hoc dicere potest. qd ephraim
qui erudituus fuit lege di. ut teneret aream scripturarum et me
ditaret in ea die ac nocte. cepit diligere contentionem et iugum
legis abicere. et contendere contra ecclesiasticos in subuersionem
audientium. Vnde dns eleuatam ceruicem et sibi sublimia putauerit
ut iugo premit. ut ipse transiens. calcabit pedib̃ suis. et ascendit
sup eum ut sciat habere se dnm. Iudas autem hoc est ecclesiasticus ara
bit. in cepto opere pseuerans. siue reuocabo inquit iuda. non enim
sani indigent medico. sed hi qui male se habent. Iacob autem qui
interpretatur supplantator. et contra die supplantat uirtutem atq;
peccata. accepit primitiua fratris sui. et heres paternae possessionis
est. et dormit in bethel qd interpretatur domus di. sulcos glebas
q; confringet. ut molli sinu iactatum sementem terra suscipiat
et faciat centum modios ordei. siue ut habetur in hebreo cen
tuplum. Neq; enim credendum est. qd patriarcha ysaac ordeo studu
erit et non frumento Ipsq; hodie uir ecclesiasticus iacob glebas
historiae et literae duritiam confringit in partes. et spaliter diui
dit. ut possint fruges reddere spaltes. Quod quidem et dnm fecisse
legimus. ut quinq; legis panes. quos integros pplis comedere
non poterat. in frusta concerpere. et p apostolorum manus uescen
dos credentib̃ dare. Qd autem dicit iurta lex. roborabitur sibi
iacob. ostendit sibi omnem laborantem laborare ut fructus capiat
sempiternos. Seminate uobis in iustitia. et metite in ore miae
innouate uobis nouale. tempus autem requirendi dnm cum uenerit
qui docebit uos iustitiam. Lxx Seminate uobis in iustitia. uin
demiate uobis fructum iustitiae ut uitae et inluminate lumen
scientiae querite dnm donec ueniant fruges iustitiae uobis
Seruat ab agricolis semel certam translationem. Dixerat ephraim